Núm. 33 Jueves 22 de Agosto de 1901 Año XLIV

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

SEMINARIO CONCILIAR DE LEÓN

Por disposición del Excelentísimo é Ilustrísimo Señor Obispo, la matrícula ordinaria para el curso de 1901 á 1902 estará abierta desde el 20 al 30 del próximo Septiembre de diez á doce de la mañana excepto los días festivos. Pasado el plazo indicado, la matrícula se considerará extraordinaria por la que abonarán derechos dobles y durará hasta el 31 de Octubre, desde cuya fecha ningún alumno será ya admitido.

Los que habiéndo estudiado Latinidad y Humanidades en las Preceptorías de la Diócesis autorizadas por el Prelado, deseen incorporar sus estudios en este Seminario, habrán de sufrir examen de las asignaturas correspondientes por escrito el 26 y verbal el 27 y siguientes del mes de Septiembre, debiendo presentar antes una instancia al Sr. Rector por conducto de la Secretaría del Seminario, la fé de bautismo, certificación de estudios de Latinidad y Humanidades y otra de conducta del Párroco respectivo; los que deseen ser examinados para la carrera breve, deberán expresarlo también en la instancia, y no serán admitidos sino contaren por lo menos 21 años.

Los que hayan de empezar los estudios de Latinidad y Humanidades, sufrirán un examen de las asignaturas de primera enseñanza el 28 del mismo mes, solicitándolo también del Sr. Rector, acompañando á la instancia la fé de bautismo y certificación de conducta.

Los que hubieren obtenido el grado de Bachiller en alguno de los institutos, habrán de sufrir un examen de Latinidad y Filosofía antes de pasar á cursar Sagrada Teología.

El día 30 tendrán lugar los exámenes extraordinarios.

Los alumnos de Filosofía y Sagrada Teología que por primera vez deseen ingresar internos en San Froilán deberán dirigir la correspondiente instancia al Prelado juntamente con la fé de bautismo del interesado, el informe del Párroco sobre la conducta del mismo, certificación facultativa que acredite estar vacunado y disfrutar de buena salud: para ingresar internos en el colegio de San Isidoro, necesitan además de los documentos indicados, certificación que acredite su pobreza.

Los alumnos procedentes de otros Seminarios que deseen continuar sus estudios en este presentarán además de la instancia testimonio de los cursos aprobados, fé de bautismo y certificación de conducta del Sr. Rector del Seminario de donde procedan.

Todos los alumnos internos de San Froilán y San Isidoro tienen obligación de pernoctar en los mismos el 1.° de Octubre; el día 2 tendrá lugar la apertura del curso escolar con la solemnidad de costumbre, dando principio en el mismo día los ejercicios espirituales á los que deberán asistir todos los alumnos internos y externos del Seminario.

León 20 de Agosto de 1901.—Dr. Celedonio Pereda, Rector.

COLLATIONES MORALES PRO MENSE SETP.

1.ª

Quibusnam modis acquiratur dominum=quid sit *occupatio*= quibus indigeat conditionibus ut legitima sit.

Casus.

Petrus, secus mare deambulans, vidit navim derelictam ventis quassatam et jam jam fluctibus inmergendam quam dum non sine magno labore et periculo scrutaret, invenit in quodam cubiculo numismata et monilia magni pretii quae continuo collegit et festinanter in tuto possuit; navis interea demergitur, sed ecce quatuor cervi qui remanserant in ea, natando terram petunt; quorum duo suffocati pereunt, duo vero ripam capiunt et alter ab ipso Petro explosione occiditur in praedio Antonii, alter a canibus Antonii apprehenditur; duos autem aquis suffocatos piscator quidam invenit. Paulo post dominus navis comparet.

Quid de numismatibus quid de cervis faciendum?

Quaestio liturgica.

Quid de tempore sepeliendi cadavera=quantum temporis mortem inter et sepulturam intercedere debeat.

2.ª

Quotuplicis generis sint bona quae inveniri possunt=quid dicatur thesaurus=cujus sit.

Casus.

Lucas, fama sciens magnam pecuniae quantitatem esse occultam in domo quam habitat sed locum ignorans, vocat coementarios qui pervetustos parietes dejiciant; quorum alter mentem Lucae suspicans, noctu veniens et impigre laborans arculam

reperit et abscondit in qua non solum pecuniam sed etiam chirografum invenit ex quo deprehendi fas est pecuniam esse Luculi jam defuncti sed cujus filii et heredes inter vivos agunt.

Cujus et pecunia?

Quaestio liturgica.

Quid agendum in dubio de morte=an laudari possit solicitudo in cito mortuis sepeliendis.

3.ª

Quae dicantur *res nuper amissae*=an et quando inventor possit retinere sibi rem amissam.=Quid agendum si dominus compareat, re consumpta=cujus sit res inventa in fundo vel domo alterius.

Casus.

Lucila casu transiens per vineam Francisci crumenam argento refertam invenit; gaudens felici eventu rediit in domum et pecuniam sibi servat, nulla facta de domino inquisitione; post multum vero temporis, urgente conscientia, diligenter inquirens, viatorem quemdam ignotum ipso die inventionis plenum augustiis quaesisse crumenam audit.

Quid a Lucila faciendum?

Quaestio liturgica.

Quando exequiae fieri debent; licet ne aliquando et quibus de causis exequias differre.

4.ª

Quae dicantur bona derelicta=quae vacantia=cujus nam sint hujusmodi bona.

Casus.

Dum somno quadam nocte Lucius domi indulgeret a duobus latronibus crumenam vel vitam requirentibus opprimitur. Surgit

infelix angoribus proesus et pecuniam omnem tradendam collegit sed famulus interea clamare totis faucibus caepit unde latrones perterriti praepropere fugiunt absque praeda, sua etiam derelinquentes, inter quae horologium aureum et magnam pecuniae quantitatem quam famulus cito reperit.

Quid faciendum de hujusmodi?

Quaestio liturgica.

Potestne parochus permittere ut cadaver alio transferatur? cujus est ad hoc licentiam dare.

SOBRE LAS ARAS Y SU CONSAGRACION

Bituricen.

I. Utrum Altaria portatilia consecrationem suam amittant, quando fractum est sigillum, quod Reliquiis in sepulchro inclusis apponitur; an tantum quando, ut loquuntur Theologi, fractum est sepulchrum?

II. Utrum Altare portatile, cujus sigillum non existit, mitti debeat ad Urbem Episcopalem, et rursus consecrari; an sufficiat tantum novas addere Reliquias veteribus Reliquiis in sepulchro inclusis et authenticitate carentibus, atque sigillum Episcopi apponere?

Ad I. «Quoad primam partem, Negative; nisi fractum sit sepulchrum vel ejus operculum, ant etiam solummodo si hoc amotum fuerit: quoad secundam partem, provisum in prima.»

Ad II. «Quoad primam partem provisum in primo; quoad secundam, numquam licere certas Sanctorum Reliquias dubiis immiscere; ac semel execrata Ara, vel fixa vel mobilis ex communi jure nova indiget consecratione.«

Die 5 Decembris 1851—2991 (5162)

Vivarien.

Pastoralem Visitationem Ecclesiarum suae Dioecesis explens Reverendissimus Vivarien. Episcopus animadvertit non pauca

reperiri Altaria portatilia quorum sepulchra tractu temporis confracta fuere ac insimul reperit similia portatilia Altaria in novissimis perturbationibus per simplices Sacerdotes consecrata fuisse, Reliquiis minime appositis. Queis incommodis, qua praestat vigilantia ac religione occurrere exoptans, Sacram Rituum Congregationem humillimis precibus adiens, enixe rogavit, ut sequentia dubia declarare dignatur, nimirum:

I. An memorata Altaria quorum Sepulchra confracta sunt, debeant denuo consecrari; vel sufficiat in illis novas Sanctorum Reliquias inducere sigilloque muniri?

II. An Sacrosanctam Missae Sacrificium celebrari queat super Altaribus secundi generis a Simplicibus Sacerdotibus consecratis absque appositione Reliquiarum; vel est ista debant iterum consecrari, Sanctorum Reliquiis appositis?

Et S. R. C. in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die habito, quum a suscripto Secretario compererit usque ab anno **1837** nono Calendas Octobris pro Dioecesi Rhedonensi sancitum fuisse ut similia Altaria iterum consecrarentur, appositamque instructionem Rvmo. Rhedonensi Episcopo transmissam fuisse propositis dubiis a Rvmo. Vivarien. Episcopo rescribendum censuit: «In utroque casu Altaria esse denuo consecranda, ut in Rhedonen, die 23 Septembris 1837.»

Die 7 Decembris 1844—2876 (4990).

Sancti Hippolytti.

I. Episcopus visitationem suae Dioeceseos instituens reperit quod in plerisque Ecclesiis parochialibus Altare principale seu majus non sit altare fixum sed tantum ligneum cum Ara lapidea seu portatili. Quaeritur an istud possit tolerari?

II. Altaria autem portatilia plerumque talia sunt, ut ex duabus partibus constent, quarum pars superior est lapis, pars inferior est lignum, et inter lapidem et lignum in quodam concavo spatiolo positae sunt Reliquiae Sanctorum, quae proinde ex una parte lapidem, ex altera parte lignum tangunt, adeo ut sepulchrum pro dimidia sua parte ex lapide, pro altera dimidia parte ex ligno formetur. Quaeritur an haec Altaria portatilia in usu retineri possint?

III. Aliqua Altaria portatilia, licet nec sepulchrum fuerit violatum nec enormis fractura adsit, tenui scissura laborant, quae per medium integrum lapidem decurrit. Quaeritur an per ejusmodi tenuem scissuram, ad instar fili, Altare execratum censendum sit?

IV. Super alteria fixa cum tabula ex lapide ubi nec de Ecclesiae ipsius nec de Altaris consecratione ulla extat memoria, nec in scriptis aliquid invenitur, ab antiquo tamen tempore Missa celebrata semper fuit. Quaeritur an possint haberi pro consecratis? et in casu negativo, quid agendum de ejusmodi Altaribus?

V. Item reperiuntur Altaria fixa, quorum sepulchra per Parochos olim aperta fuere, et post repertas Sacras Reliquias iterum clausa. Quaeritur an ejusmodi Altaria pro execratis habenda sint?

S vero R. C, audita prius sententia in scriptis alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, omnibus mature accurateque perpensis rescribendum censuit.

Ad I. «Dummodo adsit in Ecclesia solummodo benedicta saltem unum altare ad modum fixi, quod potest esse ex muro confectum cum ara lapidae, quae portatilis vocatur; reliquia Altaria, majori non excluso, possunt quidem esse ex ligno cum ara portatili, idque haberi potest etiam in Ecclesia parochiali. Si vero nullum Altare ex muro saltem confectum reperitur convenit ut unum saltem hoc modo erigatur. ipsumque etiam convenit sit Altare principale.»

Ad II. «Altaria portatilia, uti describuntur in dubio, admitti nequeunt, sed Reliquiae recondendae sunt in sepulchro intra lapidem effoso, et claudendae cum parvo operculo ex lapide etiam confecto.»

Ad III. «Affirmative.»

Ad IV. «Affirmative, ad primam partem; ad secundam, provisum in primo.»

Ad V. Affirmative.»

Atque ita rescriptit et declaravit.

Die 31 Augusti 1837—3162 (5386).

INSTRUCCIONES

En circular de 20 de Febrero último, del Ministerio de Gracia y Justicia, se han dictado las siguientes instrucciones, para que los herederos de los partícipes del Presupuesto eclesiástico puedan acreditar su derecho á los haberes que sus causantes hubieran devengado, conforme todo á lo preceptuado en el art. 52 del Reglamento orgánico de 24 de Mayo de 1891.

1.° Instancia del interesado.

2.° Copia legalizada del encabezamiento, cláusula de institución de herederos y pié del testamento del causante, á no haber fallecido abintestato, en cuyo caso se acreditará en debida forma quiénes son los herederos declarados judicialmente.

Los herederos por sucesiones directas pueden justificar su derecho por medio de información testifical administrativa, cualquiera que sea el importe de los sueldos que deban satisfacerse, y que acredite el fallecimiento de los acreedores, mediante certificación del Juez municipal.

Las disposiciones que anteceden sobre abintestatos son extensivas á las sucesiones entre hermanos.

3.° Partida de defunción del mismo.

4.° Carta de pago de derechos reales

5.° Nómina por duplicado de los haberes que se reclaman; y

6.° Informe favorable del Abogado del Estado.

Todos los que, una vez examinados por esta Ordenación, y si los encuentra conformes, se devolverán á V. como justificantes del libramiento que á su favor se expedirá, á fin de que se encargue de entregar á los partícipes la cantidad reclamada, dando aviso á esta Oficina de haberlo verificado.

Imp. Lib. y Enc. de Miñón.